

INDEX LECTIONUM


I N

UNIVERSITATE STUDIORUM JAGELLONICA

A DIE 1. OCTOBRIS ANNO MDCCXIX.

AD MEDIUM MENSEM JULII ANNO MDCCXX.

INSTITUENDARUM.



—
C R A C O V I A E
TYPIS ACADEMICIS.

Civibus Litterarum Studiosis

S. P.

Universitatis Studiorum Jagellonicae Cracoviensis Rector

Valentinus Litwiński

Cum Senatu Academico.

Ut tres sunt nobis Codices Juris Saxonici in Bibliotheca nostra Universitatis Literariorae Jagellonicae Cracoviensis, quorum ubiorem descriptionem anno praeterito dedimus, ita tribus quoque Codicibus, qui ad Jus Romanum spectant iisque membranaceis et splendidis e diligentia et industria Decessorum nostrorum gaudemus, quorum primus Instiutiones Justiniani continet. In compactura autem hujus Codicis manu satis antiqua scriptum: *Liber Institutionum Justiniani*. - Asserculo verso: venalis pro 5 flor. at nunc pro 2bus. Pretium hoc sane vile, quo ne membranae quidem comparari poterant. At id post inventam typographiam, ut videtur, possessorum aliquis sec. XV. adnotavit, quo tempore manuscripti Codices p[re] libris impressis iisdemque novis maxime vilesce-re coeperunt, donec iterum temporis successu in pretium redierint, ut hoc, quo nunc vivimus, aeo pretium non decuplum sed centuplum, i. e. 300 vel 200 aureorum imperialium s. Hollandicorum nimium esse non videretur iis, qui antiquorum studiorum humaniorum monumenta, ut par est, aestimare consueverint. Nam illis, qui nullos nisi novos libros volunt, certe et trium vel duorum nummorum aureorum pretium jam satis superque magnum et nunc videbitur, quos tamen parcos rerum antiquarum cultores, qualiscunque se eruditionis esse putent homines, ad fabularum Mile-siarum lectionem ablegandos jure meritoque censemus.

326 Noster Institutionum Codex 100 foliis constat et una cum glossa scriptus est. Sub pretio, ni fallimur, extremis sec. XV. annis adnotato leguntur haec vero verba: *Liber institutionum legatus pro libraria Theologorum majoris domus Artistarum ex libris olim m̄gri. Johannis de Oswianczyn sacre theologie professoris et Custodis in Eccl. S. Floriani. Oretur pro eo per utentes libro.* Hic autem M. Joannes de Oswiecim sive ut olim scribebatur Oswiecin s. Oswianczyn (Auschwitz Germanice) verso in Latinum idioma nomine Sacranus, dictus (*sacrae*, Polonice *oswienat* sonat) idem est sine ulla dubitatione cum Joanne Sacrano Oswiecimensi A. 1494 Rectore Academiae, qui variis

variis honoribus functus die 17. Nov. A. R. S. 1527 aetatis LXXXIII. obiit, de cuius scriptis a. 1500; 1512, 1520 editis vid. Janocius in Janocianis Tom. II. Num. CXXV. p. 235, 236. Sołtykowicz in egregio opere o Stanie Akademii Krak. 1810. p. 129. Epitaphium vero ejus legitur apud Starowolsicum in Monumentis Sarmatarum p. 47. ubi tamen annus aetatis LXXXIII. in XXXIII, ut opinamur errore typographi mutatus fuit, nam Joannem Sacranum sive Oswiecimensem jam senem vivis excessisse, vel ex iis, quae Matthias de Miechovia libro IV. c. 81 sub a. 1503 adtulit, facil conjectura quilibet assequi poterit, qui quidem noster Joannes Sacranus, nescimus, quo modo apud Niesieciem 1728 in Joannem Sacrarium transformatus et ad stemma Winiawitarum reductus est. Sed de his alii videant, quibus ejus res gestae curae sint. At Codex noster nitidus sec. XIV. vel ineunte sec. XV. Charactere Neogothico literis minusculis cum paucis majusculis sat pulchris grandioribus scriptus, non caret variantibus lectionibus, quorum specimen vel brevissimum exempli gratia e praefatione et Tit. I. adserendum esse hoc loco credidimus:

Heinecciana Ed. Corporis Juris a. 1735.

Pag. i. v. 16. sed etiam - - - - -
20. et princeps Romanus etc. - -

v. 23. triumphator [magnificus] - - - -

v. 26. et bellicos quidem sudores nostros
barbaricae gentes sub juga nostra redu-
ctae cognoscunt - - - - -

v. 28. inumerae provinciae - - - - -

v. 30. iterum ditioni Romanae - - - -

Tit. I. Institutt.

Pag. i. col. i. de Justitia et Jure. Justitia
est constans et perpetua voluntas - - -

col. 2. ita videntur posse - - - - -

Pag. 2. oneraverimus - - - - -

§. 4. hujus studii - - - - -

privatum, quod ad singulorum utilitatem

Dicendum igitur de jure privato, quod
tripartitum est.

Codex Noster.

verum etiam
et princeps romanus victor existat, non
solum in hostilibus preliis, sed per legiti-
mos tramites iniquitates expellat.
Uncis inclusa vocula: *Magnificus*, deest in
Codice nostro.

et bellicos quidem sudores nostros barba-
rice gentes deductæ sub juga nostra co-
gnoscunt.

inumerose provincie.

iterum jurisdictioni Romane.

animi voluntas, sed et animi cancellatum
est, ut spurium.

ita maxime videntur posse.

honoraverimus.

hujusmodi studii.

privatum, quod ad singulorum utilitatem
pertinet.

Dicendum igitur de jure privato, quod
tripartite collectum est.

373

Haec pauca sufficiunt ad cognoscendam hujus Codicis nostri dignitatem. Alter Codex eadem fere scriptione ejusdem aetatis, et eadem forma complectitur Digestum Vetus. In compactura haec verba: *Liber Thome de Strzampino Doctoris emptus Rome pro novem florenis Ung. 1450. 10. Maii.* Florenos Ungaricos tam non nisi aureos fuisse, non est, quod moneamus, nam id cuilibet est notissimum. In folio primo autem eoque recto ante textum: *Iste Liber est meus Rob de Adamariis Episcopi.* Fol. eodem verso: *Gloze Accursii.* In schedula antiqua: *Thome Episcopi Cracoviensis Digestum Vetus Justiniani.* In fronte Codicis medio folio textus glossa circumdatus, ut vulgo, incipit: *Imperator Cesar Flavius Justinianus etc.* In hoc Codice autem varietas lectionis aut nulla aut rarissima, nam omnia fere plerumque congruunt cum communi pandectarum exemplo. In fine fol. 274 eoque ultimo et recto: *Istud digestum est Martini de Corcaybus et de...* *Constitut ei ducentos solidi. Jaccensium Ilerda et valebant tunc Jaccenses viginti et unum minus picta centesimum (ccmu) denarium minus pro libra.* Quid Jaccenses sive Jachenses floreni ab Urbe Hispaniae Jacca apud Arragones et Catalaunos moneta solita sec. XIV. fuerint, quid Picta, Pite, moneta Comitum Pictaviensium Gallice Pictavina, Mailles Poitevins, vel Adelungius Tom. IV. Glossarii p. 111. et Tom. V. p. 289. edocere potest Nobis sufficiat commodum, qui hic facere videtur e Cangii Glossario afferre locum: Ed. Paris. S. Mauri 1735. Tom. III, p. 1279, ubi asseritur 12 Jachenses Solidos 14 Barchenonenses valuisse. Florenos auri de Florentia vero singulos pro 16 Solidis Barchinonensibus computatos fuisse a. 1316. Si forte igitur Codex noster Ilerdae comparatus sive Jaccensibus Solidis Ilerdae cisis emtus fuisse a. 1316, certe 235¹₂ Solidorum Barcinonensium pretium valuerisset, quod cum 145²₄ Florenorum aureorum summa sive totidem Aureis Hungaricis nostri aevi convenit. Sed ex hac subscriptione nihil ultra conjicere volumus, quam Codicem nostrum aut in Hispania aut in Gallia Hispaniae vicina scriptum fuisse, nam etiamsi pro magna illis temporibus vilitate annonae satis magnum scripturae pretium esse videretur merces 145²₄ aureorum numorum, tamen vel hoc pretio Codicem splendidum scriptum fuisse, vel tum vix crediderimus, nec libuerit quoque pro certo affirmare: Codicem hunc Nostrum jam a. 1316 scriptum fuisse, sed facile concedere maluerimus: illum aliquot decenniis esse recentiorem, quam ob causam in re tam incerta nihil certi statuere rati in hac potius sententia judicium nostrum continere decrevimus, ut inde conjecturam faciamus: hunc Codicem sec. XIV. quam sec. XV. scriptum verosimilius esse. De Thoma Strzempnio autem olim Professore Cracoviensi, et in Basileensi Concilio Oratore egregio, postea Episcopo Cracoviensi a. 1460 pie demortuo videre licet Dlugossi Historias, Rzepnicki Vitas Praesulum Poloniae. Caeterum hoc quoque silentio praetereundum non esse fatemur, non raro deesse in hoc Codice omissa v. g. Rescripta Justiniani duo, alterum de conceptione digestorum a. 530, alterum de confirmatione a. 533, item voces in textu singulas et librorum laudatorum inscriptiones in singulis titulis, qui solo auctorum nomine eoque abbreviato et variis coloribus picto insigniti sint.

Ter-

374 Tertius Codex utroque Codice a nobis memorato splendidior, tam majori volumine, quam literarum grandiori forma insignior, atramento tamen viliori eoque fusco deterrior foliis 311 exhibet Codicem Justiniani. Unde et quomodo hic Codex in Bibliothecam Nostram pervenerit, latet. In fronte legitur in textu glossa vulgari circumdato: *In nomine domini nostri Ihesu Christi incipit liber primus codicis domini Justiniani sacratissimi principis semper augusti repetite prelectionis.* In fine folio 311 explicit. Variantes lectiones in hoc Codice rarissimae, sed negligentiae per scriptorem, ni fallimur, commissae, et correctorumque sive correctoris incuriae documenta satis frequentia v. g. Phocas legitur apud nos Phores et postpositus est Basilidi in recensione Auctorum Codicis. Titulorum vero inscriptiones abbreviatae non raro omissis, quae non omittenda erant, mutilae atque ideo non obstante splendidiore forma minorem, ni fallimur, huic codici, quam prioribus duobus dignitatem vindicare yidentur.

Haec fere sunt, quae, Juvenes carissimi, de his tribus Codicibus ad Vos pafari in animum induximus. Patebit Vobis, quantae auctoritatis cimelia nostrae Bibliothecae insint, ut pro certo affirmare liceat: tres vel quatuor Codices et Editiones principes v. g. Plauti a. 1472 Ciceronis de natura Deorum a. 1470. Euclidis a. 1482 sufficere ad exaequandum pretium cuiuslibot Museum nostrorum ceterorum. At sunt tamen, qui hoc ignorent. At quis horum usus, interrogabit forsitan aliquis, qui cum Gallice et Germanice vel Italice loqui didicerit, se jam eruditum esse putet. Non est, quod respondeamus homini suorum bonorum ignaro, sed quantum literarum studia jam e Bibliotheca vel foris lucri fecerint, proucis enumerare liceat: Meletii Opus de natura homini Graece hucusque ineditum a. b. m. Hiacyntho Przybylscio κτημα olim Jo. Broscii 1625—1655 iterum in Bibliothecam a. 1789 illatum cura Hermanni Schugt 1814 descriptum e Nostra Bibliotheca Viri Doctissimi Schneider Senior et Davidis Schultz edendum suscepunt, variantes lectiones e primo libro Livii Dec. Iliae et e Codice Flori ex Petrarcae apographo desumto transmissae sunt studio trium juvenum Cracoviensium celebrerrimo Seebodio Hildesheimum. Videtis igitur, o juvenes carissimi certos re literariae fructus, et simul: quantae curae alibi sit in operibus Auctorum Classicorum textus puri editio Viris eruditissimis, atque quum hoc consideraveritis, certe quod interrogatori respondeatis, erit in promptu. Vos enim probe scire confidimus: antiquitatis et humanitatis studia nunquam esse negligenda; antiquas res novarum rerum esse fundamenta, origines et fontes, non nisi e fontibus hauriri genuinam et non sucatam eruditio nem et doctrinam; insulsum esse eum, qui e solis novis libris, ex encyclopaediis, e lexicis quibuscumque, e versionibus rerum qualibuscumque disciplinae cuiuscumque scientiam facili negotio sine opera et studio, brevi temporis spatio, expiscari velit. Si vero ubique antiquitatis et humanitatis accurata notitia in qualibet litterarum disciplina necessaria est, ea potissimum nemo in jurisprudentia addiscenda carere potest. Neque ad solam Jurisprudentiam adhortandos Vos esse censemus, immo vero, cum nullam disci pli-

plinam per se negligendam esse persuasi simus, non omnes uni, sed alios aliis disciplinis
se dare necesse esse sciamus, ita adhortationem hanc, ut intelligatis, rogatos Vos esse vo-
lumus, ut quilibet suae disciplinae, quam sibi eligendam ratus fuerit, ita operam det,
ut non neg'ecto antiquitatis et humanitatis studio in sua arte et scientia eruditus per
altiores progressus non mediocris doctrinae et per sedulam et assiduam diligentiam,
quo pacto unice patet ad summos profectus via, ad summum eruditionis et sapientiae
fastigium enitatur.

ORDO THEOLOGORUM.

Florianus Kudrewicz, Ord. S. Basili' M. S. Theol. D. sacrae Scripturae Prof.

P. O. h. t. Fac. Theol. Decanus.

Hor. mat. 9—10 quotidie excepto die Jovis Archaeologiam, Hermeneuticam generalem et
specialem; tum Exegesin librorum Veteris Foederis tradet.

Nicolaus Gilles, S. Theol. D. P. P. O. Canonicus Ecclesiae Cathedr. Cracov.

Hor. pom. 2—3. iisdem diebus Theologiam dogmaticam cum prolegomenis profitebitur.

Matthaeus Kozłowski, Ord. Praed. S. Theol. D. P. P. O.

Hor. mat. 10—11 iisdem diebus exponet Historiam ecclesiasticam methodo Gmeineri.

*Nicolaus Janowski, S. Theol. D. Prof. Theol. Moral. et Pastoral. et Eloquentiae
Sacrae P. O. Can. Cath. Eccl. Crac.*

Horis pom. 1—2 iisdem diebus quinis per hebdomadem, scilicet die Lunae, Martis,
Mercurii, Veneris et Saturni tradet Theologiam moralem ad mentem legis naturae
et evangelicae.

ORDO JURIS - CONSULTORUM.

*Augustinus Boduszyński, J. U. D. P. P. O. h. t. Fac. Jurid. Decanus, Senator
Reip. Crac.*

Horis pom. 5—6½ diebus Lunae, Martis, Mercurii et Jovis; 5—7, die Veneris Jus Ro-
manum et Feodale docebit.

Valentinus Litwiński. J. U. D. P. P. O.

Hor. pom. 5—6 $\frac{1}{2}$ quotidie diebus festis et Saturni exceptis Codicem judiciarum civile m per semestre hiemale explicabit, jus criminale autem per semestre aestivum.

Adamus Krzyżanowski, J. U. D. P. P. O.

Hor. mat. 7 $\frac{1}{2}$ —10 quotidie praeter diem Lunae exponet Jus Civile, Provinciale, Gentium Vicinarum et cambiale.

Felix Słotwiński, Phil. et J. U. D. P. P. O.

Hor. pom. 5—4 quotidie excepto die Saturni Jus naturae universum, privatum, civitatis et gentium.

Hor. mat. 8—9 diebus Lunae, Mercurii et Saturni Jus ecclesiasticum tradet.

Nicolaus Hoszowski, J. U. D. P. P. O. Senator Reip. Crac.

Hor. mat. 7 $\frac{1}{2}$ —10 diebus Martis, Jovis et Veneris; 9—10 diebus Lunae, Mercurii et Saturni disiplinas politicas tractabit.

ORDO MEDICORUM.

Sebastianus Girtler, Phil. et Med. D. Politiae medicae, historiae medicinae et institutionum medico-chirurgicarum P. P. O. h. t. Facultatis medicae Decanus.

Hor. 7 $\frac{1}{2}$ —12 $\frac{1}{2}$ diebus Martis, Jovis et Saturni Politiam medicam Polonice tradet, hac vero finita ad praelegendum de Historia Medicinae idiomate Latino accedit. Hisce diebus iisdem, ut supra, horis pom. 5 ad 4 $\frac{1}{2}$ institutiones medico-chirurgicas lingua vernacula tradet.

Adalbertus Georgius Boduszyński, Med. D. Pathologiae et Therapiae tam gen. quam spec. P. P. O. Reip. Crac. Protomedicus.

Hor. mat. 10—11 $\frac{1}{2}$ diebus Lunae et Mercurii in lingua Latina Pathologiam explicabit, diebus autem Martis, Jovis et Veneris iisdem horis Doctrinam de Therapia generali et speciali tradet.

Ignatius Woźniakowski, Med. D. Chir. et Artis obstetr. etc. P. P. O. Senator Reipubl. Cracoviensis.

Diebus Lunae, Mercurii et Jovis ab hora 4 ad 5 post meridiem idiomate Polonico Chirurgiam theoreticam, diebus Martis et Veneris eadem hora Artem obstetriciam theoreticam preeget, ac denique diebus Lunae, Mercurii et Jovis ab hora 9 ad 10 Materiam Medicam tradet.

Josephus Sawiczewski, Med. D. Pharmacide P. P. O.

Diebus Lunae, Martis, Mercurii et Jovis ab hora 9 matutina ad 10 Pharmaciam docebit, qua finita Toxicologiam explicabit.

Josephus Kozłowski, Med. D. Anatomiae et Physiologiae P. P. O.

Anatomiam et Physiogiam tradet idiomate Polonico diebus Lunae, Martis, Mercurii, Jovis et Veneris, ab hora 12 ad 1 vero Medicinam forensem ab hora 3 ad 4 diebus Veneris post meridiem.

Ignatius Lienhard; Med. D. P. P. O.

Diebus Lunae, Mērurii et Veneris ab hora 5 ad 6 post meridiem Artem Veterinariam tradet. Idem singulis diebus ab hora 8 ad 9 mat. ad praxim medicam ad lectos aegrotorum in Instituto Clinico adducet Candidatos Med. et Chir. superioris tum Alumnos Chir. inferioris; his Polonice, illis Latine rationem medendi explicaturus.

Xystus Lewkowicz, Med. et Chir. D. S. Annae IIIiae Classis et Legionis Honoris Eques.

Hor. pom. 3—4 diebus Martis, Jovis et Saturni in curationibus chirurgicis rite instituendis Auditores ad praxim formabit.

Horis matutinis 9—10 Cliniken chirurgicam duce Richerand, obstetriciam vero ducibus Baudeloque, Bōér et Widman exhibebit.

Julianus Sawiczewski, Med. D.

Horis pom. 2—3 diebus Martis et Saturni tradet Macrobioticam.

ORDO PHILOSOPHORUM.

I) FACULTATIS MATHEMATICAE ET PHYSICAE.

Aloisius Streicher, Phil. et Med. D. P. P. O. Decanus h. t. Fac. Phil. Math. et Phys.

Hor. mat. 10—11 quotidie exponet Zoologiam per semestre hiemale.

Hor. mat. 7—8 Botanicen tradet per semestre aestivum.

Hor. pom. 2—3 diebus Martis et Jovis tradet doctrinam de generis humani varietate nativa per semestre hyemale.

Hor. pom. 6—8 exercitationes botanicas instituet, et ad botanices practicae usum manu ducet, atque dendrologiae et meliologiae rudimenta exponet per semestre aestivum.

Carolus Hube, Phil. D. P. P. O. Matheseos sublimioris.

Hor. mat. 8—9 quotidie tradet Analysis algebraicam, trigonometriam sphaericam et geometriam analyticam.

Semestri aestivo calculum differentialem exponet.

Hor. mat. 9—10 diebus Veneris et Saturni Geodesiam docebit.

Josephus Łęski, Phil. Dr. Astronomiae Professor P. O.

Hor. mat. 9—10 quotidie tradet: I.) Astronomiam duce J. G. T. Bohnenberger (Astronomie Tüb. 1811.)

II.) Artem delineandi mappas geographicas ad projectionem stereographicam.

Josephus Markowski, Phil. et Med. D. Professor Chemiae P. O.

Hor. 9—11 diebus Solis; horis 11—12 diebus Lunae, Martis, Mercurii et Jovis Chemiam docebit.

Hor. 11—12 diebus Veneris et Saturni Mineralogiam.

Romanus Markiewicz, Phil. D. Professor P. O.

Horis mat. 9—10 quotquot diebus, festis exceptis Physicam experimentalem ad normam sui proprii opusculi additis addendis e tractatu physices Viri doctissimi Cl. Biot docebit. Cursu vero aestivo iisdem horis Geographiam physicam, duce clarissimo Viro Joanne Śniadecki tradet.

Juvenibus profectoribus, qui elementis matheseos sufficienter imbuti sunt, diebus Martis et Jovis hor. 2—3 difficiliores, ubi necesse fuerit, calculos Physices extricabit, et experientias longiusculas et praecipuas, oculis tempore commodiori subjiciendas curabit.

Franciscus Sapalski, Phil. D. Professor Geometriae descriptivae P. O.

Horis 12—1½ Geometriam descriptivam tradet theoreticam et accomodatatam perspectivam umbrarum, artibus fabrilibus et gnomonicae, diebus Lunae, Martis, Mercurii et Jovis.

Hor. 12—I diebus Veneris et Saturni Mechanicam et Hydraulicam per semestre aestivum.

Franciscus Szopowicz, Prof. P. E.

Hor. mat. 8—9 quotidie exceptis diebus Saturni Mathesin inferiorem i. e. Arithmeticam, Algebraam, Geometriam elementalem cum practica et analytica axilicabit duce Lacroix.

II.) FACULTATIS LITERARIAE.

Julianus Czermiński, Phil. D. Professor Historiarum. P. O. h. t. Decanus.

Hor. mat. 11—12 et per semestre aestivum a 5 ad 6 pom. enarrabit historiam antiquioram et recentiorem. II.) Geographiam physicam et politicam. III.) docebit artem criticam, quae ad legendos historicos est necessaria. IV.) literarum et scientiarum progressum demonstrabit.

Georgius Samuel Bandtkie, Phil. D. Prof. Bibliographiae P. Q. et Bibliothecarius, Senator Reipublicae Cracoviensis.

Hor. pom. 12—3 die Mercurii, Veneris et Saturni Bibliographiam profitebitur.

Collegium styli cultioris duce Beckio (Artis Latine scribendi praecepta Lipsiae 1802.) et disputatoria philologica et historica cum selectis juvenibus instituet diebus Martis, Jovis et Veneris hor. 7 $\frac{1}{2}$ —9.

Idem semestri aestivo horis definiendis comparationem dialectorum Slavicarum e supellectile sua qualicunque literaria Slavica juvenibus vernacularum linguarum philomatibus ostendere conabitur.

Paulus Czaykowski, Phil. D. Literaturae Polonicae P. P. O.

Hor. mat. 10—11 traditis praeceptis eloquentiae et poëseos, per classicorum Auctorum exempla illustratis, Auditores ad exercitia Linguae Patriae in utroque orationis genere ducet.

Petrus Boucher, Canonicus Cath. Cracoviensis et Kielcensis, Phil. D. P. P. O.

Hor. pom. 2—5 die Lunae, Mercurii, Veneris et Saturni tradet praecepta Linguae Gallicae et versionis, ex linguis Polonica et Latina in lingua Gallicam, nec non docebit theoriam literarum elegantiorum ad normam Auctorum classicorum Nominis Gallici et Latini.

Extra ordinem profectiores in styli cultioris Gallici adyta, more suo consueto et probato diebus Saturni horis 9—11 introducit.

Hermannus Schugt, Phil. D. P. P. O.

Hor. pom. diebus Lunae, Martis et Mercurii explicabit Homeri Odysseam.

Iisdem horis diebus Jovis, Veneris et Saturni Horatii Satyras.

Iisdem diebus horis 4—5 styli cultioris Linguae Graecae praecepta tradet profectoribus.

Guillelmus Münnich, Phil. D. Prof. Linguarum Orientalium P. O.

Linguam latinam una cum linguis Orientalibus docebit diebus Lunae, Mercurii et Veneris hor. 12—1 $\frac{1}{2}$. Diebus Martis, Jovis et Saturni hor. 11—12 $\frac{1}{2}$.

Josephus Jankowski. J. U. D. P. P. O.

Hor. pom. 3—4 quotidie docebit Logicam, Metaphysicam, Ethicam es Paedagogicam.

Diebus Martis et Saturni mane hor. 7—8 Historiam Philosophiae,

Lecto-

Lectorium in Bibliotheca publica Univ. Cracov. patebit hor. pom. 2—4 hys
mali; hor. 3—5 aestivo semestri, diebus Lunae, Martis et Jovis. Hospitibus vero ex-
traneis, qui Bibliothecam, Musea, Speculam Astronomicam et Hortos Botanicos invi-
sere cupiunt, nulla hora praefinita est, dummodo tempus paelectionibus sacrum Bi-
bliothecario et Praefectis Museorum Mineralogici, Zoologici et Hortor. Botan. condonare
velint. Quovis tempore de commoda hora certiores facti curiosis hospitibus nunquam
deerunt. Museum Physicum patebit curiosis, qui adesse dignabuntur, hora 10 matutina,
finita paelectione.

Docebunt artem pictoram *Josephus Peszke*, Prof. P. O. hor. mat. 11—12 et *Jo-
sephus Brodowski*, Prof. P. O. horis pom. 1—2 semestri brumali; her. mat. 7—8 semestri
aestivo. *Josephus Riedlinger* hor. mat. 11—12 artem sculptoram. Linguam Anglicam
tradet *Hermannus Schugt* hor. 3—4, Germanicam *Ludovicus Teichmann* horis pom. 4—5,
Italicam *Stephanus Laberi* quotidie hor. pom. 5—6. *Sigismundus Wojakowski* Linguam
Russicam horis pom. 4—5 diebus Lunae, Martis, Jovis et Veneris. Artes arma tra-
etandi *Alexander Tavernier* hor. pom. 2—3 quater per hebdomadem, artem saltand.
Petrus Couder hor. pom. 4—5. Artes equitandi *Joannes Mützel* hor. pom. 2—3.

the 1st day of October 1772. I do now make my will in writing as follows.

I give and bequeath all my property real and personal to my wife Mary

and my son John and my daughter Mary and my son John and my daughter

John and my son John and my daughter Mary and my son John and my

daughter Mary and my son John and my daughter Mary and my son John

and my son John and my daughter Mary and my son John and my

daughter Mary and my son John and my daughter Mary and my son John

and my son John and my daughter Mary and my son John and my

daughter Mary and my son John and my daughter Mary and my son John

and my son John and my daughter Mary and my son John and my

daughter Mary and my son John and my daughter Mary and my son John

and my son John and my daughter Mary and my son John and my

daughter Mary and my son John and my daughter Mary and my son John

and my son John and my daughter Mary and my son John and my

daughter Mary and my son John and my daughter Mary and my son John

and my son John and my daughter Mary and my son John and my

daughter Mary and my son John and my daughter Mary and my son John